

Forfatter: Worm, Jacob

Titel: . - [1968]

Citation: Worm, Jacob: ". - [1968]", i Worm, Jacob: . - [1968], udg. af ERIK SØNDERHOLM , [1968]-1994, s. 190. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-worm01val-shoot-idm140677732747408/facsimile.pdf> (tilgået 25. april 2024)

Anvendt udgave: . - [1968]

- 117 Thesis V.
 Deprehendimus autem nullum in universo Regno Jero-
 120 boami Ordinem aut Statum ab hac Idolatria immunem
 esse ac liberum, sed ut in Regno Babylonico omnes, maxi-
 mi, medioximi, minimi Statuum Regis auream adorarunt
 Dan: 3; ita ad unum omnes in Regno Israëlitico Idola
 123 Jeroboami cultu divinô honorarunt.

Thesis VI.

Recensebimus itaque Idola:

- 126 1. In Statu Politico seu Dan collocata, quorum ingens
 est Numerus ut Comites, Barones, Nobiles, Praefecti Juris
 Summi, Consilarii, Librorum Magistri, Recuperatores,
 129 seu Commissarii, Archigrammatêis, Imperatores Bellici,
 Capitanei, Magistri equitum, Tribuni militum, et alii,
 quôcunque demum nomine, gaudeant.
 132 2. In Statu Ecclesiastico enumerabimus Idola Pontificum
 seu Episcoporum, Rabbiorum seu Professorum, et denique
 Lectorum.

Thesis VII.

- 135 Idola Jeroboami sunt vel Ecclesiastico-Politica, vel
 Politico-Ecclesiastica. Politica autem sunt vel Civilia, vel
 138 Bellica, vel OEconomica, quorum alia in Pace, alia in Bello,
 alia negativè, alia positivè coluntur.

Thesis VIII.

- 141 Ut autem incipiamus ab Idolis Jeroboami Ecclesias-
 tico-Politicis, venerantur Reges hæc Idola:
 144 1. Quando Civibus Ecclesiæ, quibus sacrum Jus vocandi
 jure competit, per vim et tyrannidem, contra Verbum
 DEI, et receptum Ecclesiæ morem eripiunt, additâ hac